



17581  
Kat.komp.  
I Mag. St. Dr. P


slaus

Dryjowii Simonis: Sextum ex laetis  
Musarum floribus in auspiciis soli-  
mar novi anni ferias d. Stanislae  
Kedzierski contentum.

PANEG. et VITÆ

Polan. Φ.

N. 374.



S E R T V M  
Ex lätis Musarum floribus  
IN AVSPICATISSIMAS  
NOVI ANNI FERIAS  
Admodum Reuerendo in Christo  
Patri Domino,  
D. Stanislao Kędzierski,  
OFFICIALI, DECANO, ET PRÆ.  
POSITO LVCOVIEN: RADZY-  
nenque. Domino & Fautori. debito  
obseruantia cultu venerando  
contextum

A  
SIMONE DRYIOWIO ZARCENSE  
Artium liberalium & Philosophiæ  
Baccalaureo.



CRACOVIAE,  
ANNO DOMINI 1607.



# Admodum Reuerende Domine, Patrone colendissime.

PER DIV mecum etiam atque etiam deliberabam, quonam testimonio, aut argumento, pro tuis in me singularibus studiis, perpetuam erga te meam obseruantiam, fidem, & amorem attestarer: at cum voluntas nunquam, occasio semper mibi defuerit; quasi vero subiectus negligentie, obtorpueram. Nunc autem eos dies illuxisse, cum nemo Christi fidelium ignoret; quibus cum aduenerit, adeo magna letitia puris mentibus, castisque cordibus mortalium, ut laeti (iuxta confuetudinem illam veterum, quorum institutionibus vita nostra formatur) non modo se se mutuis oblectent muneribus; verum etiam vicissim sibi gratulantes, felicem exortentis anni decursum precentur. In hac tanta communi letitia, solusne ego moerens tacebo ac conquiescam? minime. Te STANISLAE KEDZIERSKI. Fautor amplissime appello, te ad letitiam prouoco, tecum letari desidero: tibi hunc annum, & multos alios felicissimos, hisce meis breuibus versiculis, optare ac precari aueo: tu igitur quicunque illi sint acceptos habeas, oro obtestorque. Ego quidem si tibi non ingratos esse cognouero spondeo ac recipio fore, ut arduos montes Musarum frequentius inuisam, fontesque largius bibam, & fructus riperiores aliquando ad te ipsum adferam. Deus Prepotens optimam, & maximè diuturnam valetudinem tibi praestet, efficiatque (quod enixe precor) ut in tua tutela perpetuò viuam. Vale vir clarissime, & me qui tibi mancipatus sum, in numerum tuorum celeriter assumito. In Gymnasio ad S. Nicolaum extra muros Cracouien: iv. Non: Ianuar: Anno ab effracto serpentis capite. M DC VII.

Admodum Reueren: P. T.

1718 i. I.

Summa obseruantia colens

Simon Dryjovius Zarcen:  
Art: Bacc: Senior Schola  
ad S. Nicolaum extra mu-  
ros Cracouien.

# Nunc totus orbis lætitiam sonet.

Alme Sol curru nitido relaxas  
Cum diem ; venti gelidæq; nubes  
Concidunt, rident generantur amplio ,  
Quæq; sub orbe:

Quem lauas vultum rapidis in vndis ,  
Quos solo spargis radios coruseos ,  
Hos caue promas : teneantur vmbra

Noctis opacæ.

Clarior te plus rutilat sub alto  
Orbe , Sol Christus Superûm propago ,  
Luce cum Iani , redeunt in aurum

Tempora priscum :

Iam nouum lumen nouus annus atque  
Squallidis pulchrè nituere terris  
Nuper , apparetq; beata pleno

Copia cornu.

Lætus in præsens animus sit , atræ  
Sint procul curæ , manibus decoris  
Thura Diis dentur cito ferte læta

Gaudia cuncti.

Sæculo lætas referente luces  
Clare KEDZIERSKI Venerande Fautor  
Fronte iucunda , cape læta lætus ,

Linque seuera.

A 2

Sit

Sit tibi fælix nouus annus iste ;  
Faustior semper redeat : senectam  
Afferat sanam : Pylii senisq;  
Sæcula præstet.  
Diū tuis cœptis faueant benigni ,  
Supplici semper prece quos fatigo .  
Sis mei tantum memor . O meorum  
Finis amorum.

## Suppleat Musa vices.

Fontis Gorgonei cohors sacrata ,  
Præsertim mea cultior Thalia  
Te supplex tuus expeto sodalis ,  
Si non est graue , nec nimis molestum ,  
Anni tempora cum noui reposcunt ,  
Ito promta mei domum Patroni .  
Quid mandem tibi quæris ? ore suavi  
Sic post basia multa delicata  
Dices protinus . O decus bonorum ,  
Te saluere iubet cliens fidelis ,  
Et te viuere Nestoris senectam  
Optat . Sisq; sui memor precatur .

Cum

## Cum gaudent omnia gaude.

**N**ascitur ut terris soboles Sacra Tonantis:  
Non audita prius gaudia mundus habet.  
Exultat cælum, tellus, mare, limbus & aër,  
Aligeri gaudet tota corona chori,  
Omnia lætifico resonat nunc compita plausu,  
Tollit honoratum iam Themis alma caput.  
Congaude cunctis Kędzierski clare, nouumq;  
Annum fortunent, Numinia celsa, tibi.  
Ut valeas fælix ( pereant crudelia fata )  
Et serus subeas testa beata Deum.

## Concinna Paraphrasis.

**P**Onieważ tak wiele jest na Pánstwim podwórzu  
Wesela/w niebie/w stáyni/ná powietrzu/w morzu.  
Cny Proboſczu Łukowſki/podwesel tež ſiebie/  
Bo twe cnoty do nieba zaprowadza ſiebie.

Nate ſuſcipe vota noſtra  
CHRISTE.

**H**Æc est illa dies magno memorabilis ortu,  
Qua peperit ſalua vit ginitate parens:

illa

Illa dies agitur , qua orbis Sator Arbiter æui,  
Paruulus humano corpore natus adest :  
Salue parue puer , fælicibus edite stellis ,  
Spes populi , mundi gaudia , matris amor.  
Nate faue : nostræ venis ergo salutis in orbem ,  
Te precor ad laudes flectere verba meas.  
Ad tua gaudebat veluti cunabula Ioseph ,  
KEDZIERSKI haud aliter gaudeat arce Poli.

### Paraphrasis.

Wyastalon dzień / Ktorego Pan Nieba y Ziemia /  
W ciele na świat wyzwolić przyszeli ludzkie plemie .  
Witaj Dziecię maliutkie / z nieba dany Pánie /  
Już lud vfnosc / świat radość ma / matka Kochanie :  
Prosim / gdyś dla nas przyszeli w te ziemię niskości ,  
Jakiś w pełkieniu ziąwił stworzeniu radości .  
Mátce / bydli / pasterzom / Oycu Jozephowi /  
Też rācz dać Łukowiskiemu wiecznie proboszczowi .

### Fata manent omnes.

Si vellent mea vota Dii prestare secundi ,  
Quæ meus ardenti pectore fundit amor .  
Immortale tuum caput esset , & æthera primūm ,  
Tunc peteres , mundi machina quando ruet .  
Sed

Sed quia fatorum lex est immota ; nec vlli  
Parcere vel summo , mors truculenta, solet.  
Viue diu , & Pylii superato Nestoris annos ,  
Detq; tuæ vitæ prospéra cuncta Deus.


## Paraphrasis.

**G**dyby mi to Bog zdárzył / czegoć tu wińczuie  
Z miłości , która wielka w sercu k tobie czuie :  
Zylbys czas bárzo dlugi / a ná koncu wieku /  
Napierwey bys był w niebie / co wielka człowiek.  
Lecz mamy twarde prawo / że śmierć zla żadnemu  
Nie przepuści / choćby też y nazacniejszemu :  
Zyyże dlu go szczesliwie / wieki Nestorowe ,  
Niechayći da Bog szczescie ná wşytko gotowe.

## Voluisse sat est.

Fautor parua mei lær us munuscula census ,  
Non qua sint ; sed qua , suscipe , mente , data .





Biblioteka Jagiellońska



stdr0009644

